



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Protestatio Scriptoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

Codex de bona Regni gubernatione,  
quo ejus errores ostendit. Scriptus A.  
1470.

Admonitiones ad Populum Bohemiarum  
tempore Pestis, Adami de VVnorze  
Metropolitanus Ecclesie Prag: Prepositi,  
cum prefatione Zbignizi Berka.

Archiep. Pragensis A. 1599.  
Manuscripta Historia, vel potius Apologia  
VVilhelmi Slavata S. R. Imp. Comitis,  
Equitis Aurei Velleris, Supremi  
Cancellarii Regni Boh. aliquot gran-  
dibus Voluminibus, de rebus sui tem-  
poris, praecipue in Bohemia gestis.

Hactenus Authorum nomina, quae ob eam praecipue caussam descripti,  
nè quis me authoritate legitimâ destitutum Historiam confecisse existimet.  
Sunt (fateor) inter eos nonnulli à Religione Nostra alieni Scriptores, sed pa-  
ciores, quos ego quasi secundarum partium subscriptores identidem nostris  
appono. Ab hoste validissimum est testimonium Veritatis. Manuscripta  
qua in historia citantur Yvnoia, & proba sunt; Virorum magnorum, & Ca-  
tholicorum, quodq; caput est: suorum temporum acta sribentium, adeoq;  
verè ac propriè appellandi Historici sunt. οἱ τῶν πεπεργυμένων συνιστοῦ  
εὐθότες. Litteræ quas cito, plereq; omnes in Originali, ut vocant, à me  
visa, letta, descriptaque sunt.

#### PROTESTATIO SCRIPTORIS.

Cum SS. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martij, 1625. Decretum ediderit,  
idemq; confirmarit die 5. Julij A. 1635, quo inhibuit imprimi Libros Hominum  
qui Sanctitatis seu Martyrij famâ celebres è Vita migraverint, gesta, miracula, vel Re-  
velationes, seu quæcunque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta  
continentes, sive recognitione atque Approbatione Ordinarij, & quæ hactenus sive ea  
impressa sunt, nullo modo vult censeri approbata. Idem autem Sanctissimus die 5. Ju-  
nij A. 1641. ita explicuit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti vel Beati, ab-  
solutè, & quæ cadunt supra personam; bene tamen ea, quæ cadunt supra mores &  
opinionem cum Protestatione in principio, quod eis nulla adsit authoritas ab Ecclesia  
Romana, sed fides tantum sit penes Authorem.

Huic Decreto, ejusque confirmationi & declarationi, observantiæ ac reverentiæ  
quæ par est insistendo, profiteor me haud alio sensu, quidquid in hoc Libro de Vita re-  
busq; gestis ARNESTI I. Pragensis Archiepiscopi refero (sive ea Miracula, Revela-  
tiones, Gratias, Virtutes, Beatitudines, sive alio quocunque nomine ipsum ARNE-  
STUM, ejusque gesta nominem & appellem) accepere, & accipi velle, quam quo so-  
lent, quæ humana duntaxat, privatæ & historicæ authoritate & fide, non autem divinæ  
Catholicæ Romanæ Ecclesie, & S. Sedis Apostolicæ, nituntur: ijs tantummodo ex-  
ceptis, quos eadem S. Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscriptis.

Illud præterea adjicio: omnia & singula, quæ hic scripta sunt, judicio Ecclesie  
Romanæ, cuius in sinu vivo & morior, à me omnino subjici; adeò ut si quid ejus sensui  
(imò etiam communi in eadem Ecclesia Doctorum opinioni) adversum legatur & in-  
veniatur, indicatum, detectabile, & non meum, velim haberi; paratus in omnibus ab  
eadem Ecclesia regi, duci & judicari.

De